



R.P. Richardi Lyncei ... Vniversa Philosophia Scholastica

Complectens Metaphysicam, id est, Scientiam de Ente incorporeo, seu
transnaturali

Lynch, Richard

Lvgdvni, 1654

Liber X. De ente incorporeo negatiuè sumpto, siue spirituali completo;
nimirum Angelo, ac Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95247](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95247)

numero vigesimotertio Hurtado disputatione duodecima metaphysicæ sectione secunda & alij plures. Ac probatur manifestissima experientia siquidem anima humerum verbi gratia informans, tametsi contigua sit brachio, quod demus esse demortuum, sensuque & motu vi paralytis destitutum, haud potest illud immediatè mouere, haud nisi mediante humero cui vnitur: non alia ratione nisi quia brachio non vnitur, sicut cæteris corporis partibus: anima ergo eget vnione ad corpus, vt illud moueat: alioqui cur corporis partem contiguam cui non vnitur nequeat immediatè mouere, vt dictum est? At hoc ipso quod eget vnione ad corpus, quo illud possit de loco in locum mouere, profecto haud poterit in statu separationis corpus vllum mouere: nullum igitur eo in statu valet mouere. Deinde, & eodem fere reddit, id discriminis videtur esse inter actum infor-

mantem & assistentem, quod hic, vt moueat corpus non egeat ei vniri, egeat autem ille: quidni ita sentiendum sit de actu informante relate ad assistentem? At anima rationalis est actus informans: ergo, &c. Denique si qua ratione posset anima separata mouere corpora, maxime quia valet intelligere, nec vtrunque, sed perfectius quam in corpore, & per cognitionem quidditativam terminatam, tum ad corpora, tum etiam ad seipsam & substantias Angelicas, ac separatas, quod maioris perfectionis est, quam corpora mouere, vnde videtur sequi hanc vim motricem corporum ei à fortiori pro eo statu tribuendam: atqui hæc ratio nulla est: siquidem & perfectius longe est, intelligere quomodolibet, quam audire, aut olfacere: & tamen illud prius, non hoc posterius conuenit animæ separata: similiter: ergo, &c.

LIBER DECIMVS.

De ente incorporeo negativè sumpto siue spirituali, completo: nimirum Angelo ac Deo.

TRACTATUS I.

De Angelo.



CIVS existentiam, vt ab ea auspicer, suadeo in primis autoritate sacræ Pagine. Quid enim euidentius eo Actorum 6. *viderunt faciem eius, tanquam faciem Angeli.* Quid clarius eo Regum 1. 2. cap. 14. *Tu Domine mi Rex sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei.* Mille alia id genus: Quæ propter scholastici communiter docent, de fide esse, angelicam creaturam esse à creatore conditam, atque existentia, & luce donatam. Cui scholasticorum definitioni præluxit scholasticæ Theologiæ Parens Augustin. in Psalm. 103. ibi: *quamuis non videamus apparitionem Angelorum, abscondita est enim ab oculis nostris, & est in quadam republica magna Imperatoris Dei; tamen esse Angelos nouimus ex fide, & multis apparuisse scriptum legimus, & tenemus, nec inde nobis dubitare fas est.* Deinde Energumeni res longe positas, & occultissimas manifestant, idiomatibusque sibi antea ignotis vtuntur, non secus ac si essent vernacula. At id non alia ratione, nisi quia à spiritibus quibusdam angelicis, & intellectualibus arrepti, eorum vi, & agitatione ad prædictos coguntur effectus: negari ergo nequit, quin alius ordo substantiarum insensibilium, ac spiritualium in rebus existat.

Quid enim? An Deo tribuendi sunt effectus illi, quos cernimus, ac miramur in arreptiis? At hoc falsum est: siquidem exorcismis, & adiurationibus vtitur Ecclesia contra spiritum illum, quo torquentur energumeni, eumque increpat, ac diris deuouet: creatus igitur spiritus, & Angelicus, siue demoniacus est, non diuinus: quippe contra hunc nullæ ad-

iurationes, increpationes nullæ valerent: nec frustraneum modo, sed etiam impium foret, iis aduersus illum vti. An propterea, vt alij existimant, effectus de quibus agimus, oriuntur à melancholia nimia hominem ab homine pellente, eiusque complexionem vitante? Sed ne hoc credibilis. Quorsum enim Ecclesiastici exorcismi contra melancholiam rationis, ac sensus expertem, nec eis moueri magis capacem, quam si dura silex, aut ster Marpesia cautes? Præterquam quod ad comparandam ignoti idiomatis notitiam necessaria sunt species, quas nescio quomodo possit infundere melancholici humoris copia, & exuberantia, cum ne iis sensum acquirendis prodesse soleat, sed potius valde obesse, vt experientia testatur.

Nec valet quod respondent alij, effectus hos à luna, & aliis syderibus oriri. Quamquam enim *Demon vexet corpus lunaribus incrementis, vt esse luna credatur, quod est diabolici criminis*, pro eo ac his ipsis verbis animaduertit Chysolog. sermon. 51. cæterum quod secus se res habeat, exploratissimum est: nam etsi luna influxu suo determinare possit canem verbi gratia, aliudue animal irrationale, ad id vt operetur aliqua, quæ non sunt supra vires eius naturales: at præstare non potest, vt faciat ea, quorum est ex natura rei impotens: alioqui efficere posset, vt aqua calefaceret, & ignis infrigidaret, non obstante alterutrius elementi ad alterutrum effectum impotentia naturali: & sic luna operaretur naturaliter effectus supernaturales; quo nihil magis ridiculum. Atqui canis verbi gratia est naturaliter impotens loqui humano modo vocisue humanas, aut dearticulatas edere: canis igitur Simonis Magi; quem humana voce locutum testatur Nicephorus lib. 2. cap. 27. non id præstitit ope, ac ministerio lunæ, sed potius arte, ac præstigiis mali Demonis, id in eo operantis, quod ipse non poterat naturaliter operari. Similiter ergo quod energumeni ignotis idiomatis vtantur,

vtantur, non ad lunæ sydus, eiusue influxum, sed ad intelligentiæ prauæ vim, ac machinationem referendum est. Adde, vt paulo supra dictum in simili, lunam, experientia teste, sui solius, non aliarum rerum præsertim abstrusarum, species immittere: haud ergo ea ei vis inest, vt eius ope, & influxu arreptiij linguis ignotis loqui, vtine possint: nisi vero sine speciebus assequi possimus, quid vocabula quæque peregrini idiomatis significant.

4 Rursus, nec maioris momenti est, nec vero magis consonum, quod reponunt alij, energumenos vim occultâ reuelandi, linguisque peregrinis vtendi habere ab animabus separatis, quas quidem constat distingui ab Angelis, propter horum complementum, illarumque incompletiōem. Namque ad finem libri ac Tractatus præcedentis ostensum à nobis est, animam separatam nulla posse corpora mouere: quod ergo furiosorum linguæ moueantur ad loquendum peregrino aliquo, ignotoue idioma-tes, oriatur ab impulsu, ac motione, non animæ vilius separata, sed potius cuiusdam intelligentiæ, quæ sit naturæ dignitate præstantior, quam anima. Hanc enim ab ea excedi obiter suppono contra Ioan. Arboreum libro primo Theosoph. & contra Georgium Venetum in Harmonia mundi tomō tertio. Canic. tert. capite secundo, tum quia suppositum consentaneum ceteris omnibus scholasticis: tum quia, & consentit sacre Paginæ, in eaque exprimitur, vt patet ex Psalmo octauo ibi: *minuit enim paulo minus ab Angelis*: nec non ex illo Petri epist. secunda c. 2. ibi: *Angeli fortitudine, & virtute cum sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium à Domino*. Præterea, vt ad institutum principale redeam, cum Euam serpens decepit in Paradiso, eamque allocuta est, nullæ fuisse animæ separata: quemadmodum igitur ea locutio ab alio principio, quam ab anima vlla separata, nempe à malo dæmone ortum habuit; pari ratione, & quæ vtuntur energumeni, cum antea non possent vt, haud à separatis animabus, sed à Dæmone elici credenda. Vide quæ contra eandem solutionem disputant Abulenſis in caput 8. Math. quæst. 124. & Tatianus in oration. contra Græcos num. 26.

5 Tandem, quod dicunt alij, energumenos non ab Angelis proprie talibus, idest à creaturis intellectualibus completis, omninoque incorporeis torqueri, atque ad mira loquendum, operandumque arripi, sed potius à substantiis intellectualibus spiritu, & corpore alterius rationis à nostro præditis, friuolum est, ac facile impugnatum. Quanquam enim, falsam censeam sententiam Patris Vasquez prima parte disputatione 107. capite secundo. & Cameracensis in prima quæstione decima tertia, littera S. existimantium repugnare substantiam vllam intellectualem corpoream diuersæ speciei à nobis; veriusque longe sit, talem substantiam, animalue rationale ab homine de facto existente diuersum nullam continere impossibilitatem, vt expressè censet Ochamus in primum distinctione quadagesima quarta, littera D. nec parum insinuat Diuus Thomas quæstione vnica de spiritual. creaturis articulo octauo ad decimum. Cæterum substantiam illam à possibilitatis suæ statu ad actum, & existentiam esse productam nullatenus est admittendum: nullus namque est ordo rerum existens, cuius alicubi in sacris litteris non fiat mentio: ple-
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

R. P. Richardi Lyncei, Philosoph. Tom. III.

de huiusmodi substantia corporea rationali, ab homine distincta, ne verbum quidem vsipiam in sacri instrumenti pagina. Porro nec ex effectibus, nec ex causis, nec alio vilo ex fundamento suppetit nobis vlla ratio naturalis, quapropter credamus, talem substantiam esse à Deo productam. Quamobrem eius existentia reiicienda est, vt commentina, & nec rationi, nec auctoritati consona: qua de causa alium mundum à Deo non esse productum omnes merito censemus. Rursus eiusmodi substantiæ demoniacæ, & corporeæ, à quibus possidentur energumeni, aut corpora habent crassa, & grandiuscula, tametsi nostris dissimilia: & hoc dici non potest: alias qui fieri posset, vt integra dæmonum legio sexcentos sexaginta sex supra sex mille continens, in vnus, eiusdemque hominis corpore stabularentur: prout contigisse lucas Euangelij sui capite octauo, testatur. Aut propterea (vt verbis vtat Apuleij de Deo Socratis) *fila corporum possident, rara, splendida, atque tenuia, usque adeo, vt radios omnis nostri tuoris, & raritate transmittant, & splendore reuerberent, & subtilitate frustrentur*? Ac certe ne hoc probabilius dictu est: Siquidem in primis latius esset, substantias has inuisibiliter, vbi semel admittantur, ab homine distinctæ, poni omnino spirituales, quam ad instar aliquot hominum corporeas: id enim ad decorem, ac pulchritudinem vniuersi in varietate consistentem magis conferret. Rursus, quod in scripturis asseritur, Luciferum, & alios Angelos cecidisse de cælo, cum eorum qualicumque corporeitate minime cohæret: nec enim descenderunt de cælo, facta irruptione per eius poros: quippe nullis poris cæli constant non etiam facta, eorum cum cælo penetratione: si quidem nullum corpus, quantumuis tenue, ac subtile, potest cum alio naturaliter penetrari. Quæ omnia hucusque dicta cum ita se habeant, haud video, quo pacto, quæ videmus quotidie dici, ac fieri ab arreptiis, possint defendi, nisi Angeli, substantiæ uel intellectuales incorporeæ, atque completæ existentes admittantur.

6 Alio etiam argumento, quod sint admittenda suadet. Etenim nequit dari vacuum entitatum in rerum natura, siue in hoc vniuerso: daretur autem, si Deus nullos produxisset Angelos: eos ergo produxit. Hæc consequentia est omnino manifesta, & euident, Deus enim haud dubie produxisse censendus est de facto in rerum natura, quidquid in ea debuit naturaliter, ac citra miraculum producere, nisi aliud fide, ratione, aut experientia clare constet: & quidem nihil esset dictu absurdius, quam Deum miraculo, vt ad vniuerso huic adimendam perfectionem rerum ei necessario, ac naturaliter debitam, enim tamen id ei propositum fuerit, in vniuerso moliendo, vt in eius perfectione visibili, perfectionem, ac pulchritudinem suam inuisibilem manifestaret: ergo si propter repugnantiam naturalem vacui entitatiui repugnat naturaliter, ac sine miraculo, vt non existant, producanturque à Deo Angeli, dicendum, ac tenendum indubitanter est, quod sint ab eo producti. Antecedens autem quoad priorem eius partem probatur: quia non potest dari naturaliter in hoc vniuerso, intraque eius latera, & cavitates vacuum locale, vt multis rationibus & experientiis demonstratum est à nobis in Physica lib. 7. tract. 1. cap. 4. vtque à scholasticis nostris euident communiter existimatur: similiter ergo repugnabit ex natura rei, ac citra miraculum in hoc vniuerso, rerumque natura vacuum entitatum. Porro autem idem antecedens, quoad posteriorem eius partem suadetur: si tamen prius suppo-
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288

namus; vacuum entitativum esse ordinem rerum naturaliter possibilem, haud tamen ad esse, aut entitatem, existentiamque à Deo tractum. Singulae definitionis partes ostenduntur. Quod in primis huiusmodi vacuum non sit individuum aliquod, aut species aut genus aliquod infimum possibile, & non existens, manifestum est alioqui de facto daretur tale vacuum, cum Deus infinita individua, species, & genera rerum non produxerit. At quod de facto non datur vacuum istud liquet ex carentia vacui localis, eiusque non existentia in rebus. Quod item vacuum entitativum debeat esse ens aliquod possibile, non utique, sed naturaliter, ac non miraculose, aut supernaturaliter, ex eo patet, quod vacuum locale sit locus naturaliter potens repleri corpore, eoque non repletus similiter, ergo, &c. Tum etiam Verbum divinum non vellet incarnari, imo nec nos ad statum filiorum Dei elevari, nequaquam daretur in rebus vacuum entitativum: alioqui, ut hoc naturaliter repugnat, ita etiam naturaliter impossibile, ac repugnans esset, non dari, nec à Deo produci ordinem unionis hypostaticae, ordinemque gratiae creatae, & inferioris: quod tamen est absurdissimum, cum potius sit naturaliter impossibile, ac miraculosum plane, & supernaturale, quod ambo illi ordines in rebus existant, atque ad actum à Deo producantur. Atqui non alia ratione neuter eorum, casu quo non existerent, efficeret vacuum entitativum in hoc universo, nisi quia non essent naturaliter possibiles: haec ergo possibilitas ad vacuum, quo de agimus, requiritur. Quod denique ad illud opus sit non existentia alicuius rei, aut potius ordinis, luce clarius est; cum ipsummet nomen vacui id aperte denotet, neque non ad vacuum locale rem localiter non existere oporteat.

7 His suppositis probatur posterior pars antecedentis, in quo versamur. Angeli sunt naturaliter possibiles: id quod evidens esse putat Suarez citata disputatione trigesima quinta, Metaph. sectione prima numero 4. Et sic probatur: quia substantia spiritualis incompleta, cuiusmodi est anima rationalis, est ex natura rei possibilis: quidni ergo completa, & Angelica? Deinde substantia corporea completa, eaque multiplex existit, actuque datur, nedum naturaliter repugnat: quorsum ergo ita repugnet substantia completa immaterialis, siue incorporea? Praeterea nulla potest assignari repugnantia, in possibilitate naturali talis substantiae: ergo, &c. Hanc porro substantiam angelicam Deo naturaliter possibilem esse ordinem quemdam supremum, & non ordinis meram partem subiectivam perspicuum est: quia non longe distat ab ente completo, & substantiali, sed vno tantum vel altero gradu infra illud est: ut ex illius patet divisione, quae sic se habet: ens completum, & substantiale aliud est corporeum, aliud incorporeum: quod autem est corporeum aliud est vivens, aliud non vivens: vivens vero aliud est sensitivum, siue animale, aliud insensitivum, ac mere vegetabile: quemadmodum ergo iuxta omnes non solum corpus, sed etiam vivens, & fortassis etiam animal ordines quosdam supremos rerum constituunt, sanè à fortiori supremus quidam ordo erit substantia spiritualis completa, siue Angelus. Quibus positis, si hic non existeret, certe ordo quidam rerum naturaliter possibilis nequaquam existeret, & sic daretur in rebus vacuum entitativum, uti in posteriore antecedentis nostri parte posuimus.

8 Postremo, argumentum pro existentia Angeli, quo Philosophus utitur 12. Metaph. & alibi passim, et-

si non paucis duplicat, at mihi perquam efficaci, solidumque videtur. Id autem tale est. Caeli moventur ab aliquo principio: non autem à se ipsis praecise: quanquam enim elementa, & mixta per insitam gravitatem, & levitatem moveantur ad cognatas sibi sedes, eorumque vnumquodque non omnino ab extrinseco, sed ab intrinseco in centrum suum feratur; secus tamen existimandum est de motu caeli: gravium siquidem, & levium, quae sub caelo sunt, motus nihil habet artificiosi, nihil admirandi, ad instar motus caelestis: quare hic non solum à forma caeli suapte natura inanimi, & sensus experti, sed etiam ab intelligentia aliqua esse poterit, ac debebit, velut à causa particulari, tamen prior ille motus à sola forma substantiali intrinseca, eique debita gravitate, ac levitate existat: & quidem mirum esset, motum animalium reptilium sponte sua tardissimum, & imperfectissimum, vitam praesupponere in principio suo particulari, & nullam assignandam esse causam specialem motus caelestis, quae sit vita, ac sensu praedita. Atqui motus caeli non est ab intelligentia increata, siue à Deo, ut causa particulari: quid enim minus philosophicum, quam ad causam primam recurrere, suppetente secunda, ut in praesenti accidit. Reliquum ergo est ut intelligentia creata, siue Angelus sit, cui ex parte saltem referri debet acceptus caeli motus. Ac certe id magis consentaneum est divinae providentiae experientia nobis testata: cum enim Deus corpora inferiora, & sublunaria gubernet per caelestia, quidni corpora caelestia moveat, regarumque per substantias quasdam incorporeas, & angelicas caelis superiores? Atque ita euenire, & Damascen. authorque libro de cognitione verae vitae capite sexto alique Patres docent, & à nobis latius ostensum est, in Physica lib. 9. tract. 2. capit. 3. Haec tamen de existentia, neque non obiter de essentia Angeli: superest, ut eius proprietates aggrediamur.

9 Atque à principio, quod attinet ad eius intellectum, supponendum est pro explorato, aliquem ei inesse: tum quia in scripturis nihil frequentius, quam malos Angelos peccare, & bonos semper faciem Patris videre: quorum neutrum sine intellectu potest praestari: tum etiam quia aliter vera esse non possunt, quae supra adducta sunt de energumenis: tum denique quoniam, si Angelus non esset intellectu praeditus, non daretur in rebus substantia intellectualis completa, ac per consequens non posset evitari vacuum entitativum, in hoc universo. Nihil manifestius, quam non intelligere Angelum per suam solummodo substantiam, saltem alia à se: alter enim alteri loquitur, ac manifestat, quod antea ignorabat, quae novae cognitionis acquisitio in tempore inintelligibilis est, si non distinguatur à substantia Angeli, huius cognitio: tum etiam à paritare, quia non peccat Angelus, nec vult per suam substantiam: alias, & peccaret sine libertate, & esset per substantiam suam à Deo conditam non bonus omnino, sed malus; contra illud Gen. 1. *Vidit Deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona.* Nec metus est Angelum defatigatum iri, si per qualiteratem à se distinctam intelligat, cum in nobis defatigatio oriatur, non à cognitionis nostrae à nobis distinctione, sed à necessitate, quam habemus spirituum vitalium, & corruptibilium, ad id, ut in hac vita, huiusque corporis ergastulo intelligamus. Angelus per species, si quae ab habitibus distinctae admittantur non acquisitas, sed potius ab initio ei ingenitas ab auctore naturae cognovit, cognoscitque

gnoscatque omnia obiecta sibi coexistentia, cum primo est productus: probabile tamen est respectu futurorum contingentium successivè acquirere species, nec eas ab initio habuisse. Prius illud satis consentaneum est perfectioni Angeli, & satis innuitur Ezechiel, capite vigesimo octavo, ibi: *Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, & decore*. Et infra: *Perfectus in viis tuis fuisti à die conditionis tue*. Posterius autem constat, quia alioqui infinitæ species ei ab initio infunderentur, cum non tot quin plura obiecta per æternitatem sint futura: necnon etiam quia frustra indicat essent ei ab initio species, quibus tunc non posset uti.

10 Vnus Angelus quidditatiuè cognoscit alium: quidni enim cum altero eam habeat proportionem, quam habet visus cum colore? visus autem colorem intuetur, & quidditatiuè non abstractivè cognoscit. A fortiori autem res omnes materiales quidditatiuè cognoscere censendus est: & quidem in singulari iuxta illud Psalm. 90. *Angelis suis mandavit de te ut custodiant, &c.* aliaque facere paginæ loca, quæ longum, & superuacuum esset huc atterere. Quin etiam, quod attinet ad substantias Angelicas sibi pares, & inferiores, necnon ad res omnes materiales, sanè omnes comprehendit, non strictissima quidem, sed tamen vulgari, & communiter dicta comprehensione, ut bene Suarez citata disputatione trigesima quinta, metaphysic. sectione quarta, numero quarto. Deum autem non solum non comprehendit, sed nec quidditatiuè cognoscit, quamvis in se, aliisque effectibus eum claritate, & evidentia abstractiva percipiat. Circa obiecta, quæ Angelus intuitivè, & clarè cognoscit, haud eget, utitur apprehensione prævia, sed solummodo circa futura contingentia, quæ clarè non cognoscit, sed tantum obscure, & connaturaliter ex causis, iuxta illud Isaia 41. *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dyestis vos*. Similiter etiam secreta cordis, cogitationesque occultas alterius Angeli haud sine compositione, & divisione facta per iudicium, apprehensionesque prævias cognoscit: nimirum ea cognoscit coniecturaliter tantum, & obscure; idque decet politicam, & rectam gubernationem reipublicæ rationalis Angelorum. Idem dicendum est de veritatibus supernaturalibus, quæ viribus solius naturæ cognoscit abstractivè, & confusè: non est enim cur non gradatim, & incipiendo à notitia apprehensiva, & imperfecta de his iudicet, cum compositio apprehensionis, & iudicii in nobis à confusione, & tenuitate lucis nostræ intellectualis in hac vita proficiatur: sed de his latius actum est à nobis supra libro sexto, tractatu tertio, capite tertio. Pari ratione existimandum est, Angelum discurrere circa futura contingentia, cordisque secreta, & mysteria supernaturalia, tamen non circa alias veritates sibi clarè, & intuitivè perfectas: ut aduersus Thomistas censent Vasquez tomo secundo, in primam partem disputatione 222. capite primo. Molina prima parte, quæstione quinquagesimo octava articulo tertio, & apud eos Scotus, Ochamus, Gregorius, Gabriel, Marsilius, & alij antiquiores. Quod autem optimo iure id censent, constat in simili, ex iis quæ iam dixi de compositione per apprehensionem, & iudicium in Angelis reperta, circa aliqua obiecta licet non circa omnia.

R. P. Richardi Lincei, Philosoph. Tom. III.

Quod ad voluntatem attinet Angeli; fuit quidem ea peccabilis in primo instanti, quod creata est, & cum ea Angelus: peccabilis inquam, nisi supernaturaliter Angelus à Deo tum præuentus fuit per infusionem gratiæ ante omnem usum liberi sui arbitrij, de quo alibi. Quidni enim ita se res habeat? cum Angelus in secundo instanti, quod peccare potuit, actaque peccavit, non fuerit magis liber, quam in primo. At dicunt Thomistæ, Scotistæ, nostræque Societatis Doctoribus hic, sicuti alias, refragantes, fore, ut peccatum Angeli in primo instanti commissum tribueretur Deo, ut auctori: prima enim operatio rei, ei, qui illam condidit, imputatur, acceptaque refertur; iuxta communem paræmiā, qui dat formam, dat consequentia ad formam. Vrgent quidam recentiores: si Angelus peccaret in primo instanti A, verbi gratia, Deus cum produceret in instanti, quo sciret eum peccaturum, & non in alio quo sciret eum à peccato se cohibiturum, nec tentatione vincendum, cum tamen posset priori illo instanti omisso eligere ad eius productionem posterius hoc, quo cognosceret per scientiam conditionatam, eum minimè peccaturum: præstaret ergo concursus specialem, & indebitum ad peccatum in primo instanti commissum, eiusque consequenter esset Auctor, & per se causa: quo pacto boni operis causa per se est, quia ad illud largitur auxilium, non sufficiens tantum, sed efficax, cuius munere scilicet, & quo mediante videt hominem bene operaturum.

12 Hæc tamen nequaquam vrgent. Non primum: quia tamen prima operatio necessaria creantis rem ut Auctori attribuitur, propter connexionem antecedentem saltem mediatam vtrinque interuenientem; at prima operatio libera, quæ in agentis à Deo producti arbitrio tota est, ab eoque potest impediri, cur Deo, & non potius ipsimet agentis ab eo producti ut Auctori assignetur? Axioma autem in contrarium adductum non magis de primo instanti, quam de secundo procedit: & esto de primo intelligatur, certè de solis operationibus necessariis, & non liberis pro eo instanti non debet accipi. Haud etiam secundum fundamentum contrarium admodum premit: siquidem potest Deus præstare concursus specialem, & indebitum ad peccatum, non positivum quidem, sed permissivum: ita autem ad peccatum indebitè, ac specialiter concurrens haud erit eius causa per se, aut Auctor: sic si ex suppositione gratiæ habitualis Deus præstet in alia rerum serie concursus homini ad peccandum, vel non peccandum; sanè homini peccatum admittenti non erit peccandi auctor, quia nimirum eius concursus ad peccatum eo in euentu, quamvis miraculosus, adeoque indebitus, & specialis, tamen est non positivus, sed permissivus: cum homini ex vna parte libertatem ad peccati fugam, & omissionem non auferat, ex alia vero coniunctus sit, cum hoc quod Deus, quantum est ex se, non velit, sed potius nolit hominem peccare, atque ne peccet, ei suadeat, pollicitationesque, & minas intendat. Porro autem Deus non ob id est auctor boni operis, quia conferendo ad illud efficiendum auxilium efficax præ inefficaci hoc ipso specialiter, & indebitè ad id concurrat, sed quia eo sine tale auxilium homini donat, ut non peccet, sed potius ut bene, & sicut ad salutem oportet, operetur. Atqui Deus sciens Angelum peccaturum in primo instanti, non eo sine illum tum crearet, ut peccatum admitteret, sed

sed potius ut purum se, & innocentem præstaret. Quamquam autem Thomistæ, ut hoc obiter notem, obstinationem malorum Angelorum in peccato reuocent ad eorum in aliquid volendo inflexibilitatem naturalem, verius tamen est, quod ita obstringentur esse iustissimam pœnam iis inflictam à Deo, indeque oriri, quod nolit eorum creator eis vnquam dare auxilia gratiæ quibus à peccato resurgant. Ratio est, quia voluntas Angelica non est infinita, sed finita: id ergo poterit auerfari, quod semel deliberate elegit, & eligere quod reiecit, adeoque non est suapte natura inflexibilis, ut aduersarij comminiscuntur. Antecedens est manifestum. Consequentia vero suadetur: siquidem ita flecti, ac mutari, ut diximus, voluntatem Angelicam quando non repugnet ei ob infinitatem, non apparet, quo alio ex capite ei possit repugnare, cum cognitio, obiectum, & cetera, vi quorum indifferens erat proxime ad utramque contradictionis partem eadem manere possint in secundo instanti, sicut oportet, ut in eo quancunque pro libito, non minus quam in primo possit amplecti tamen contra- riam prius fuerit amplexa.

13

Angelos inter se loqui non vno sed multiplici sermonis genere variisque modis sensa sua alter- utrinque manifestare longe probabilius est, & quantum arbitror, satis perspicue videtur insinuat- um ab Apostolo Paulo epistola prima ad Corinthios capite decimotertio ibi: *si linguis hominum loquar, & Angelorum*, &c. In primis igitur cen- seo eos inter se loqui per litteras Latinas, Græcas Hebraicas, Hispanicas, Hibernicas, & ceteras om- nes cunctarum gentium, nec non etiam per alias innumeras diuersas à nostris, altiorisque ordinis, & à Deo institutas, significationeque ad placitum pri- mitus donatas. At dices ridiculum videri, quod Angeli ad loquendum inuicem egeant calamo, & atramento. Sed dicendum iis non egere, quam- uis litteris exaratis colloquia misceant. Namque in Empyreï dorso, & expansione litteras suas miro artificio, & dexteritate incidunt: aut, si manus, eas efformant in superficie, siue concaua, siue conue- xa cælorum mobiliū, quibus quæ papyrus pos- sit conferri? Atque ad hanc scriptionem Angelorum in cælestium orbium sublimitate alluditur fortassis Isaia capite trigésimo quatuor versiculo quarto, ibi: *Complicabuntur sicut liber cali*. Et Apocalypsis capite sexto ibi: *& calum recessit sicut liber inuo- lutus*. Dices iterum, absurdum esse, atque inde- cens, Angelos suapte natura spirituales corporeis tamen, ac materialibus signis, litterisue inuicem colloqui. Verum, cum Deus, qui ens increa- tum est, creatis tamen vocibus, ac signis nobis- cum loquatur: cuius dedecentia esse potest, quod Angeli spirituales, & incorporei corporeis signis sensa sua inuicem pandant: Nisi vero maior sit distan- tia inter spirituale, & materiale, quam inter increa- tum, & creatum.

14

Præterea oppones, casu quo Deus mundum corporeum non condidisset, consequenterque Angeli existerent in vacuo, fore tamen, ut se affarentur, & compellarent: nec enim tum essent brutorum in- star muti: at non præsidio litterarum, quas exara- rent in corpore, quippe quod tum nullum daretur. Respondendum tamen est, eos tum vsuros litte- ris, & characteribus spiritualibus motu locali de- scriptis, atque, ut semel dicam, indistinctis ab vbitate multiplici in vacuo successive producta. Nam si Angelus aliquis in vacuo circulariter mo-

neatur, circumumque perficiat, nonne talis circulus erit littera O. Item: si motum circularem non ab- soluat, sed dimidiatum relinquat: an non semicir- culus motu illo formatus instar habebit litteræ C. Insuper, si motu suo triangulum inuicem describat, eumque, cuius basis superiorem locum, conus verò, summusque apex inferiorem obtineat, basis inquam imaginaria, & non ducta, sed potens duci, nonne littera V existeret? Parique ratione ceteræ omnes litteræ affabre possunt ab Angelis in vacuo formari, ut expendentem non latebit. Obiicies vltius, perperam à nobis dici, quod Angeli litteris loquan- tur; cum litteris sensa sua depromere magis sit scribere, quam loqui. Respondeo, in nobis aliud esse scribere, aliud loqui; quia loquendi, & scribendi diuersa sunt in nobis instrumenta, atque principia; os scilicet, manusque. At Angelus ore, manibusque caret: quare non est, quod in eo aliud sit scribere, & aliud loqui. Confirma- tur: aliud est me alteri exterius loqui, aliud- que quod me alius audiat: ego namque ore, labiis- que loquor, ille auribus audit: at cum mihimet spi- ritualiter loquor, verbumque mentis efformo, & me alia ex parte intus audio; sane idem in me est, ita loqui, & audire, perque eandem realiter produ- ctionem verbi, & me audio, & mihimet loquor: si- militer ergo in Angelis secum inuicem loquentibus idem esse poterit scribere, & loqui, quantumvis in nobis secreta nostra interiora exterius manifestanti- bus aliter vsuueniat. Adice, litteras, quas for- mant Angeli per motum localem, & successiuum, si huius ad instar non solum successive producuntur, sed etiam destruantur, nec permaneant, sed transeant fluantque, similitudinem quandam, & analogiam habere ad sonos, vocesque nostras, quibus loqui- mur: quare eiusmodi litteras angelicas dici posse non tam scripturam, sicuti dicuntur litteræ perma- nentes, quibus vtuntur Angeli, quam locutionem vocibus quibusdam prolatam. Præterquam quod, si strictiorem distinctionem locutionis à scriptione in Angelis importune quis exigar, facillime dici possit, sonos quosdam subtilissimos, ac valde modularos ab iis in aëre edi, ac pro varietate talium sonorum varie secum inuicem eos loqui.

15

Deinde oppones ad perfectionem Angelorum spe- ctare, ut in vnicuique instanti possint loqui, ac secreta sua inuicem manifestare: quamuis in nobis propter nostrā imperfectionem aliter accidat: sic nos in instanti non possumus intelligere, sed ad sciendum, & intelligen- dum tempore egemus: & tamen Angeli intelligunt, quæ volunt in instanti, ac momento indiuisibili: at fore, ut Angeli ad loquendum tempore egerent, si scripturis, ac litteris motu locali, ac successiuo forma- tis loquerentur: hic ergo loquendi modus eis nō con- uenit. Sed in primis, si de litteris sensibilibus, & cor- poreis in Empyreō, aut sydereō cælo incisis loqua- mur, possunt quidem ab Angelis in instanti, seu momento imprimi: cum enim ei incisioni nulla pos- sit esse in cælis resistentia respectu Angelorum, quæ quæ est horum actiuitas, sane non est cur ea non pos- sit instantaneè fieri. Rursus si loquamur de litte- ris, quas motu successiuo, & locali efformant an- geli, adeo breui tempore ab iis formantur, ut quoad nos instans, momentaneaue duratio dici possit, propter maximam, & incredibilem velo- citatem qua sese Angeli mouent. Si sol ea celeri- tate mouetur, ut vna hora ambitum totius terræ non semel, aut iterum, sed quinquagies æquet cur- su suo, utque etiam vnius horæ intervallo plus spatij

spatij conficiat, quam globus pulvere tormentario è bombardâ excussus conficeret quinque millibus horarum. Rursus si motus stellarum fixarum quadragies velocior est motu solis, adeoque rapidus, & præceps est, ut ambitum terræ bis millies vna hora absoluat, quemadmodum Astronomi subtilissimis, nec minus veris, certisque subductionibus communiter demonstrant. Si inquam hæc ita se habent, ut habere indubitanter credendum est, an non Angeli in instanti fere, ac propemodum sine temporis mora loqui poterunt se mouendo localiter, cum incomparabiliter maiori velocitate quam sol, aut sydera vlla fixa, aut errantia moueantur.

16 Insuper oppones, nec totum cælum Empyreum, nec cælos etiam inferiores, ac mobiles sufficere posse ad id, ut litteris in iis incisus loquantur Angeli, quæ est Angelorum multitudo, immensa sane, iuxta illud Iobi capite vigesimo quinto. *Nunquid est numerus militum eius.* & fortasse maior, quam numerus omnium rerum corporearum teste Beato Thoma prima parte quæstione quinquagesima articulo tertio. Necnon etiam multitudo rerum, ac secretorum, quæ per totam æternitatem Angeli inuicem communicant. Respondeo, Angelos ea subtilitate describere posse conceptus suos, adeoque tenues lineas, & characteres formare, ut vel vnus vnguiculi spatium capere possit quotquot exarant, & exaratura est omnis eorum multitudo per totius æternitatis instantia, præsertim cum id spatij, quod dictum est spatia minora, atque minora in infinitum contineat. Quocirca quod fertur non nemo totum Iliadâ viginti-quatuor libris distinctum nuce conclusisse, nihil est præ vi illa, qua pollent Angeli ad minutissimas litteras scribendas, & quæ quidem tanta est, ut minori quam nucis spatio clauderet Angelus quicuis si veller, centum mille, & plures Iliadas; atque, quod plus est, quotquot volumina ab initio mundi edita sunt, aut in posterum edenda. O mirabilem in minimis, æque atque in maximis, operibus creaturam, cunctisque, quas cernimus, & nouimus creaturis supra quam credi potest potentior, præstantioremque.

17 Tandem obiicies, litterarum, quibus vtuntur Angeli ad loquendum, significationem arbitriariam notam esse omnibus, & singulis eorum: neque enim imperitia linguarum, siue idiomatum in eis, sicut in nobis, locum habere potest, salua eorum perfectione: eiusmodi ergo literæ ab vno Angelorum exarata cunctis innotescant, ad instar aliarum omnium rerum naturalium, non solum quoad earum entitatem, & prolationem, seu scriptionem, ut manifestum est, sed etiam penes illarum significationem, aut institutionem, ut dictum est: & sic nullus Angelorum poterit alteri loqui secreto, & quin ab omnibus audiat. Consequens autem, esto absurdum non esse videatur Rubiono, & Ariminesi in secundum distinctione nona, quæstione secunda. At absurdissimum est: quid enim absurdius, quam id perfectionis, quod reperitur in locutione humana, Angelicæ tamen denegare? aut cur absconum esset, nihil esse secretum inter Angelos, omniumque cogitationes, & volitiones ipso, ut aiunt, facto singulis patefcere? ubi quæ loquitur quicuis eorum non possint non esse alteri cuius in aperto. Respondeo tamen, uti propter bonum reipublicæ rationalis Angelorum quicuis eo-

R.P. Richardi Lincci, Philosoph. Tom. III.

rum habet ius, ne secreta sua, ipso non manifestante, alteri innotescant; sic etiam id ipsum iuris eademque de causa quemuis illorum habere, ad id ut locutio, qua vtitur, lateat omnes alios, præter eum ad quem dirigitur, vtue quod fuerit edita, aut prolata, siue incisa, excepto eo quem diximus, ab aliis ignoretur. Dicit etiam potest, quot sunt combinationes Angelorum, tot esse idiomata in quouis Angelo in particulari sumpto: quare quicuis Angelorum vno idiomate loquitur in Michaële, & alio cum Gabriële: vno etiam cum tribus, & alio cum decem, aut centum, aut mille Angelis, alioque cum hac Hierarchia, & alio cum illa, nec non alia cum omnibus. Itaque, etsi signa, quibus Angelus aliquis loquitur, ab eo proferri, atque entitatiue existere neminem cæterorum lateat, at eorum signorum vis, & significatio arbitraria loquenti tantum, atque audienti, aut audientibus perspecta erit: quare Angeli poterunt inter se secreto loqui. Nec vero absurdum est, quod plurimas linguas his Angelis familiares, aliis sint ignotæ: id enim eorum bonum commune, ac politica gubernatio postulat.

18 Addiderim, per hoc etiam Angelos inuicem loqui, & audire, quod alter in alterius intellectu secreti sui notitiam producat, atque efficiat, siue immediate, siue mediante specie alteri indita, si forte sunt species vllæ, siue denique concurrente sine specie vlla ipsomet secreto, quod manifestatur, ad sui manifestationem. At dices primo: non potest vnus Angelus immediate producere amorem, aut odium, profectionem, aut fugam in voluntate alterius: alias cogere posset alium in actibus liberis: ergo nec poterit immediate efficere cognitionem, in alterius intellectu. Respondeo concessio antecedenti, & negata consequentia. Ratio autem discriminis est quod intellectus angelicus non sit potentia libera, ad instar voluntatis angelicæ. Dices secundo: cognitio, cum sit actus vitalis, debet esse tantum ab intrinseco, nec potest esse à principio effectiuo extrinseco, si ad summum excipias obiectum cognitum: falsum ergo est, quod cognitio Angeli audientis esse possit effectiue ab Angelo loquente. Respondeo, vitalitati cognitionis angelicæ non obesse, quod sit inadæquate ab intellectu ipsius Angeli, quantumuis efficiatur ex parte ab alio Angelo: sicuti contra eius vitalitatem non est, quod à Deo efficiatur. Dices tertio, Angelos non posse agere in distans, quin per medium agant: si autem distent, nihil agent, nec poterunt in medio: quid enim? colloquia ergo, si distent, miscere, ac texere non poterunt: quo quid absurdius. Respondeo tamen in primis ex doctrina Patris Suarez libro secundo, capite vigesimo octauo non esse improbabile, quod ad hunc saltem modum loquendi requiratur in Angelis indistantia localis: quo pacto etiam nos haud possumus submissa voce inuicem loqui, nisi simus valde indistantes, tamen si tanta propinquitas non requiratur in nobis ad loquendum elata voce, nullaue ad eam quasi locutionem, qua litteris inuicem missis vtimur. Rursus respondeo, posse Angelum imperu aliquo tenui, ac vix perceptibili mouere spatium reale inter medium Empyreï, verbi gratia, vsque ad Angelum distantem, atque hunc ipsum pro posteriori blande, ac in offensæ impellere; hocque impulsu, ac motu in eo facto cognitionem sui secreti postea in eo efficere: quare Angelum distantem

distantem poterit alloqui, aliquid prius agendo per medium. Porro motus, impulsusque hic in Angelo distante productus habebit in eo rationem quandam excitationis prævia ad locutionem, quam, si velit est auditurus.

19 Dices quarto: si vnus Angelus loquitur alteri per hoc, quod secreta, quam manifestat, cogitatio per se, vel per speciem intuitiuam à se immisam producat in altero notitiam sui; quæ fieri potest, vt vnus alteri mentiatur? At nil magis falsum, quam quod Angeli nequeant se se fallere, sibiue mentiri: cum in sacris litteris diabolus appelletur Pater mendacij, cumque in iisdem dicatur, quod solius Dei proprium sit, non posse fallere neque falli. Respondeo tamen, non esse absurdum, aut falsum, quod inter Angelos aliquis sit loquendi modus, qui non sit mendacio obnoxius, nec possit dolo, aut fallaciæ deferuire dummodo alias habeant locutiones, quibus possint mentiri, ac decipere. Dices quinto, fore vt Angeli non libere, sed necessario secum inuicem loquerentur, siue per species immisas à cogitationibus suis internis sermonem inter se haberent: quandoquidem species necessario, ac naturaliter non verò liberè ab obiectis suis producantur, atque potètiæ cognoscitiuæ imprimuntur. Respondeo, cum secreta cogitatio Angeli non possit agere in distans, non agendo per medium, nihil autem videatur naturaliter possibile, quod possit ab ea agi in spatio inter ipsam, angelumque cui inest, & Angelum distantem interiacente: consequens esse, vt ad productionem speciei in Angelo, qui distat, postulet eius præsentiam: quando igitur Angelus secretè cogitans libere potest appropinquare, vel non appropinquare alteri; quid mirum quod productionem speciei, in qua ponimus eius locutionem, possit impedire, vel non impedire, adeoque non necessario, sed libere loquatur? Itaque quando vnus Angelus mouetur, ac pergit versus alium eo fine vt cum eo loquatur; talis motus, & præsentia per eum producta rationem habet cuiusdam excitationis vt in simili monuimus supra.

20 Alio etiam modo, valdeque distincto ab hucusque explicatis loqui possunt, solentque, quantum arbitror, Angeli; nempe per hoc quod vnus liberè ordinet secretum suum ad alium, eique illud velit innotescere, ac patere. At oppones: Pater Aternus, iuxta omnes, loquitur non per actum voluntatis, quo spirat tertiam personam, sed per expressionem verbi, quæ est actus intellectus, siue intellectio, aut cognitio naturalis: qui ergo fieri potest, vt Angeli loquantur per actum voluntatis ordinantem secreta vnus ad alium. Rursus secundo nos haud loquimur inuicem per actus voluntatis, sed per signa sensibilia à nobis voluntariè edita: similiter ergo in præsentia, &c. Tertio Angelus secum ipso loquitur, non per volitionem qua vult intelligere, sed per immediatam ipsius intellectiois productionem: ergo, & alteri Angelo ita loqui censendus.

21 Caterum hæc non vrgent. Ad primum dicendum est, loqui esse ponere principium aliquod reale manifestationis eius, quia secretum vnus personæ alteri innotescit; siue, quod perinde est, esse aliquo modo realiter concurrere ad productionem intellectiois, qua audiens loquentis conceptum internum percipit: atqui volitio diuina non est principium reale manifestationis, qua secundæ personæ innotescit quidquid pro priori originis cognoscit

prima, nimirum Pater, neque ad eius notitiam, qua paterna secreta percipit vilo modo vere concurrat: si quidem aut sermo est de volitione diuina notionali, & relatiua; & hæc est posterior origine quam productio verbi, & manifestationis, qua de loquimur: quomodo ergo eius esse potest reale principium? aut sermo est de volitione diuina essentiali & absoluta; & hæc, cum sit indistincta ab intellectioe Filij, qua cognoscit arcana illa Patris, quæ non licet homini loqui, fieri certe non poterit vt respectu illius habeat rationem principij realis, vtue ad illam verè, & à parte rei concurrat. At hæc ratio non procedit in volitione, qua vnus Angelus conceptum suum ordinat ad alium: quippe à notitia in altero genita, & realiter distinguitur, & ea non est posterior: quidni ergo eius esse possit reale principium, sicut ad locutionem oportet? Hæc cum ita sint, valde demittit Patrem Franciscum Amicum tomo secundo disputatione decimaquinta de Angelis numero vigesimo quarto censui se propter argumentum præcedens, quod sit improbable, locutionem Angelorum, aut vllam aliam consistere in actu voluntatis. Nam præterquam quod argumenti solutio probabilior sit, quam ipsum argumentum, sane sententia per illud impugnata non solum est Beati Thomæ prima parte quæstione 107. articulo primo, sed etiam non paucorum Ecclesiæ Patrum, ac præsertim Gregorij Magni secundo Moralium capite sexto. ibi: *Magnus earum (scilicet animarum) separatarum, quarum, & Angelorum, quod ad præsens attinet par est ratio) clamor magnum est desiderium. Tanto enim quisque minus clamat, quanto minus desiderat, & tanto maiorem vocem in aures incircumscripti spiritus exprimit, quanto se in eius desiderium plenius fundit. Animarum igitur verba ipsa sunt desideria.*

22 Iam vero secundum argumentum contrarium haud magis premit. Ob id enim nos haud loquimur inuicem per volitionem spiritualem, sed per signa & sensibilia, & materialia, quia sumus materiales, & corporei: quæ ratio non procedit in Angelis, quorum naturam, & excellentem conditionem is loquendi modus per affectus internos, & incorporeos haud quaquam excedit. Adde, quod nos Deo, & Angelis per actus voluntatis, piaque desideria, & vota loquamur: per hæc enim oramus, vt est euidens: orare autem est loqui. Proinde si ad instar, & normam nostræ locutionis exigenda est Angelica, non est cur hæc non possit in volitione consistere. Tertium, ac vltimum fundamentum contrarium non est maioris momenti: siquidem loqui est facere rem alicui manifestam, aut formaliter, aut certè obiectiue: quod manifestatio formalis rei ab aliquo facta sit locutio, est manifestissimum, & apud omnes in confesso: quod autem obiectiua rei manifestatio, quoties sit, hoc ipso sit rem manifestatam loqui, patet: nam voces nostræ sensibiles non aliter quam obiectiue, & instrumentaliter, siue instar obiecti prius cogniti rem manifestant, & tamen per eas loquimur. Tum etiam per immisionem speciei impressæ vnus Angelus alteri loquitur, vt declaratum supra, cum interim species non nisi obiectiue, siue instar obiecti concurrente, rem cuius est species, manifestet. Quibus constitutis non est mirum, quod Angeli, aut animæ nostræ sibi intus nequaquam loquantur per actum voluntatis:

tatis : quippe hic , nec formaliter manifestat obiectum , cum non sit cognitio , aut intellectio , nec etiam obiectiue cum neque sit species , neque conditio obiectiua necessaria , ad id vt possit obiectum naturaliter cognosci , sed ad summum conditio veluti effectiua , magisque producens obiecti cognitionem , quam eam terminans . Ceterum aliter se res habet in volitione , quia vnus Angelus secretum suum ad alium ordinat : nam etsi formaliter non exprimat , nec manifestum faciat id secreti , quod ordinat ad Angelum audientem : at obiectiue illud manifestat , cum faciat , quod sit vnum & numero obiectorum cognoscibilem ab Angelo auscultante , cum antea tale non esset , sed potius tam non cognoscibile ab eo naturaliter , ac à nobis Deus naturæ viribus haud potest intuitiue cognosci : nec vero id quomodolibet præstat præfata volitio , sed instar conditionis obiectiue , ac prius cognita ; atque ita certè , vt Angelus audiens prius iudicet loquentem velle sibi manifestare tale secretum , & postea quod re vera tale secretum in alterius voluntate , aut intellectu existat .

- 23 Quod spectat ad productionem Angelorum , certum est fuisse , esseque creaturam , non generationem . Quamuis autem Cameracensis in prima questione quinta , articulo primo , littera G & Gabriel lectione quarta in Cant. censent potuisse diuinitus generari Angelos ; at contrarium tuetur noster Rainaudus in Theolog. nat. distinctione tertia , questione prima , articulo octauo , numero septuagesimo octauo , & longè verius est atque à nobis ex professo probatum in Physica libro quinto , tractatu secundo , capite sexto , assertionem vltima . Porro autem Angeli creati non sunt ab æterno , sed in tempore : vt definitum est à Concilio Lateranensi capite firmiter , vbi de Deo sic loquitur : *Qui sua omnipotentia virtute simul , ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam , spirituales , & corporales , Angelicam videlicet , & mundanam , & deinde humanam , &c.* Quin etiam sine temeritate dici nequit , Angelos fuisse creatos ante hunc mundum visibilem : cum non fuisset , & sententia sit communis omnium scholasticorum , & verbis Concilij supra allatis , multisque sacra pagina locis constet . Et quidem non deest partem extra totum creati : Angeli autem sunt pars huius vniuersi : ergo simul cum illo , non extra anteve illud sunt conditi . Potuisse creati Angelos plures infra eandem speciem infimam , ac inter se perfectè similes , exploratissimum est ; cum materia , qua carent , haud sit principium , radixve vnica indiuiduationis , siue distinctionis numerice infra eandem speciem : vt est à nobis latè demonstratum libro secundo , huius operis Metaphysical. tractatu quinto , capite tertio & quarto . An autem aliqui de facto creati sint à Deo in eadem specie infima , omninò certum non est : sed tamen probabilius , creatos : idque conueniens fuit multis de causis , ac præsertim ratione amicitia , cuius inter Angelos perfectio postulat , vt sint eorum aliqui omnino similes , & æquales : necnon propter ornatum celestis aula , ad quem valde confert , vt sicut diuersis ministerijs diuersi , ac dissimiles Angeli deputantur , sic singulis seorsim plures in se omnino similes inferuiant .

- 24 Duratio cuiusvis Angeli est accidens ab eius

substantia , necnon tempore siue reali , siue imaginario distinctum : potest enim Angelus existere secundum se , & hæc hora A verbi gratia , similiter existere quin Angelus eius horæ spatio duret : quo fit , durationem illius , ei commensuratum horæ , haud posse non ab extremis suis distingui , vt dictum est ; par autem est ratio cæterarum horarum totius æternitatis . Possè Angelum , vt constitutum est , etiam existat aliquando , huic tamen horæ A non coexistere , sed potius in ea destrui saltem de potentia absoluta , adeo certum est , ac quod incertum esse non potest , quod pronuntiat Paulus 1. ad Timotheum sexto ibi : *Rex Regum , & Dominus dominantium , qui solus habet immortalitatem* : vtique Metaphysicam , & de potentia etiam absoluta mortis annihilationisve nesciam . Alioqui namque negari nequit , Angelum esse immortalem ex natura rei , ac de potentia ordinaria miraculis abstinentem : tum quia est substantia spiritalis : at immortalitatem physicam , siue ex natura rei esse de essentia substantiæ spiritalis , demonstratum est à nobis suprà libro sexto , huius operis tractatu primo , capite tertio ; tum etiam quia anima rationalis imperfectior Angelis est tamen immortalis , quemadmodum fuscè ostensum tractatu præcedenti : talis ergo à fortiori erit Angelus : tum denique , quia ita de eo communiter sentiunt Patres apud Patrem Suarez libro primo de Ang. cap. 9.

Vbicatio Angeli ab eius substantia , & loco imaginario , siue extrinseco reali distinguitur : cò nimirum , quod signato quocunque loci spatio , possit eo existente existere Angelus , & non in illo existere , neque eum occupare : est autem accidens Angelo intrinsecè inherens , adeoque fixum , & immobile , vt præterquam vbi est , nullibi esse possit : proinde facit , vt vnus Angelus sit distans , vel indistans ab alio , talemque vel talem habeat posituram , in ordine ad puncta fixa , polosque mundi . Quod autem ait Vasquez , vbicationem Angeli esse eius vnionem ad corpus , falsum esse exinde probatur , quia Angelus non dependet à corpore : potest ergo naturaliter esse sine vnione ad corpus vllum : at naturaliter saltem esse nequit absque vbicatione , & spatio loci , quod occupet : implicat enim res , cui naturaliter conueniat nullibi esse , vt communi omnium persuasioni consonum est , vtque docet Aristoteles quarto Physicorum textu primo ibi : *Qua sunt omnes existimant alicubi esse : quod verò non est nusquam esse : vbi enim est Hircoceruus , aut Sphinx.* Rursus Angelus nulli corpori vnitus corpora tamen mouere potest : cum , & nos corpora alia , quibus non vnimur , possumus tamen mouere , & quotidie moueamus : atqui Angelus tum esset indistans à corporibus , quæ moueret , iisque localiter præsens ; alioqui ea non moturus , cum non possit agere in distans : circumscripta ergo omni vnione ad corpus , potest Angelus indistantiam , præsentiamve localem , adeoque vbicationem obtinere . Denique , quod ait idem Auctor animam similiter esse in loco , per solam vnionem ad corpus , parique ratione Christum in Eucharistia locari , vbi duntaxat vnionis ad species sacramentales , non minus falsum est : aliàs anima non moueretur , sed esset semper in eo

dem loco, eademque vocatione usque ad separationem à corpore; cum semper eadem ad corpus vnione polleret: similiterque corpus Christi in Eucharistia Sacramento nullum motum localem subiret. Tametsi autem aduersarius admittat consequens, censetque, nec animam, nostram, nec corpus Christi Sacramenta tum fortiori locum fixum, aut vbi immobile, in quibus esse possit varietas, & mutatio motusque localis, sed tantum vbi mobile, quod semper maneat idem, & immune sit ab omni motu locali per se tali: cæterum contrarium videtur omnino verius: cum non minus manifestum videatur, animam nostram, corpusque Christi in Eucharistia Sacramento propriè, ac non tantum per accidens, denominatiue moueri, quam quod propriè sint in loco.

26 His iisdem argumentis conuinci potest contra Thomistas, Angelum non esse in loco per operationem transeuntem in corpore, applicationemve virtutis ad operandum in illo. An enim, si nihil operaretur in corpore, nusquam esset? An non item pro priori naturæ ad operationem in corpore ei esse debet præsens, indistansque? ergo vbicatus: & sic eius vbicatio esse nequit operatio, quam ordine naturæ præcedit. Postremò operatio Angeli in corpore potest exerceri hic, vel alibi, nec magis ad hunc locum, quam ad illum est destinata, affixæ: at vbicatio Angeli non habet præfatam indifferentiam, sed potius fixa est, & immobilis: alioqui quomodo faceret Angelum esse hic, magis quam alibi? sicut si cognitio terminata ad Petrum, verbi gratia, non repræsenteret eum determinatè, nec magis eum, quam quoduis aliud obiectum; profecto haud posset facere, vt ego vi illius Petrum præ aliis obiectis cognoscerem.

27 Plures Angelos in eodem loco posse existere, ac penetrari verius est, & à nobis fusè ostensum manet citato libro sexto huius operis tractatu primo, capite tertio. Non posse autem vnum eundemque Angelum in diuersis etiam inadæquatis inter se non contiguis, sed potius discretis existere multo probabilius: siquidem anima nequit esse in partibus corporis non contiguis, aut aliquas inter se distantes animare, non animatis intermediis: similiter ergo in præsentia, &c. tum etiam, quia vnio Angeli cum hoc vbi, siue loco fixo petit ne Angelus separaretur localiter ab illo, seu ne ponatur ab eo distans: quod enim hæc sit conditio eius vnionis, & cæterarum omnium seruata proportionem, patet ex Concilio Tridentino sessione decimatertia, capite tertio, vbi definit, animam Christi poni sub speciebus panis per concomitantiam, siue propter eius cum corpore Christi vnionem: at, si Angelus existeret in locis discretis, daretur præfata separatio, seu distantia Angeli ab vbi, seu loco intrinseco, ac fixo, cui vnitur: fieret ergo aliquid miraculosè contra naturalem exigentiam vnionis, qua ad tale vnitur vbi, siue locum: repugnet ergo naturaliter existentia Angeli in locis discretis: quippe, quæ sine miraculo nequit contingere, & ex qua sequeretur, vt prædictum est, aliquid contra naturalem exigentiam, ac ius rerum.

Non posse Angelum moueri de loco in locum, quin transeat per medium, inde constat contra non paucos Thomistas, quod iuxta disputata à nobis in Physica, haud possit vllum Agens na-

turale operari indistans, quin operetur in medio: ergo nec poterit locum aliquem in spatio distanti occupare per motum localem, quin vi eiusdem motus spatio intermedio commensuretur. Adde, quod nulla res possit realiter moueri de tempore ad tempus distans, sine eo, quod dureret in tempore intermedio: quod tam certum est, atque quod nequeat aliquid produci, destrui, & iterum reproduci sine miraculo: similiter ergo, &c. Sed rem hanc adeò claram, vt vix egeat probatione, existimo.

De Angelorum vi, & efficacia ad mouenda, alternanda producendaque corpora, corporumque attributa vide Patrem Suarez citata disputatione 35. metaphysic. sectione sexta, ac Martinum Delrio libro secundo disquisitionum magic. aliosque: nec enim nobis vacat his immorari: sicut nec aliis, quæ magis ad Theologum quam Philosophum spectant.

TRACTATUS II.

De Deo.

DE quo pauca quidem differere impræsentiarum animus est: quia id consulti fuerit moderationis, & reuerentiæ; quæ est argumenti maiestas, atque amplitudo: at certè aliqua; quia nec alienum id erit à Philosophia, pro coronamento, nec Theologiae ingratum pro antiludio. Esse ergo Deum, nomenve à mente præstantissimum, à sapientia omniscium, à potestate omnipotens ab vbiquitate immensum, æternum à diuturnitate, à rerum moderatione prouidum, à bonitate optimum, ab amplitudine maximum, quis nisi stultè diffiteri valeat, quis nisi impiè velit?

Quam mirabilis in hanc sententiam, siue inter barbaras, siue inter cultas nationes plerumque conspiratio? quam certa, & veluti iurata consensio? Quorum tot aræ vbique terrarum erectæ, tot hostiæ, tot victimæ casæ? nisi morales esse credant numen aliquod auxiliare, quod adorent, cuiusque vel infensam maiestatem placare studeant, vel effusissimam benignitatem demereri. Detriumphatus est, armisque pulsus feralis hostis: victor illicò studioso conceptas affectu grates habiturus aduoluit assertori, ac vindici suo. Ingruit obducto nubibus cælo, ac vndarum elato fragore pontum exercet insana tempestas: nauta animo ad pietatem composito preces effundit, ac cœlestibus supplicat. Res aduersæ, ac fuscæ animi: quasi quoddam mentis cœlum doloris, curarumque nubibus asperant: excidunt dolenti suspiria Deum identidem repetentia. Contra res serenæ, ac prosperæ feriantis ingenij plagis atcanum diem affundunt: numini illud gratulabunda voluptate ad gaudet. Quæ omnia nonne apertissimè deprædicant? nihil nobis à naturâ ipsâ magis insitum, quam esse Deum, qui cuncta regat, qui pericula pellat, qui bona cunctis impertiat?

Quod si auctoritati, cunctarumque gentium communi

communi persuasioni, obfirmato in impietatem animo reniteris Athee, at saltem concede rationi, concede sensui: atque ex operibus opificem agnosce. Nonne quas corporum speciosa moles, spirituum arcana veluti calatura, cœlorum immensa amplitudo, subcœlestium multiformis ornatus, omnia denique, seu quæ mens assequitur, seu quæ sensus attingit, esse præstantissimum aliquod rerum omnium principium innunt? *Quis enim* (vt cum Beato Paulino epistola trigesima octaua ad Iouium loquar) *non videt, mundum istum corporeum vi incorporea gubernari, totamque molem, infusâ, atque permixtâ magno vniuersitatis corpori diuini spiritus mente, quâ facta est, agitari ad vitam, temperari ad usum, contineri ad statum, ordinari ad diuturnitatem?*

- 3 Quid hic inquis Athee? quo te vertis? *A seipso*, inquis, *condi potuerit*. Vt est stultitia, vbi semel gliscere cœpit, stultitia ferax? vt Deum difficare, fateris Deum quemque sui, atque vt vnum suberahas numen, plura in orbem inuehis: *Tanquam vlla res* (vt Paulini verba iterum atrexi) *sibi possit esse causa nascendi; vt sit eadem pariter creator, & creatura, id est, opifex & opus, quæ, vt nomine, ita genere, & statu discrepare perspicuum est*. Fac hominem, verbi gratia, à se fieri, sibi que, vt sit, esse auctorem. Extaret quidem, antequam esset, nunquamque non extitisset: quandonam enim, aut à quo, quominus se conderet, inhibitus. Ellet item summè sapiens, sine fine potens, plenissimè bonus, nullique non ornamentis, ac dotibus supra modum præditus: scilicet ipse sibi condendo, atque exornando duntaxat interfuisset, consequenterque indulgentissimus sui sibi omnes doctes largiter affunderet, atque, vt aliquas subduceret, à nemine posset exorari. Quibus, obsecro, si concedantur, quid infansius id igitur, ex quo sequuntur, infanissimum.

- 4 Perge Athee mitiora struere commenta, ac humanius stultescere. *Orbis*, iterum ais, *speltabilis machina casu quodam fortuito prodiit in lucem, ac temerario atomorum concursu, in hoc oculorum illicium, animique lenocinium temerè coaluit*. Itane vero? tot rerum miracula, adeò exquisitam partium concinnitatem, polituram graphicam, ac mirissimam structuram potuisse sine præstantissimæ alicuius mentis operâ, & olim confurgere, & modo persistere? Cultissimam huius mundi molem ex atomorum tamen inconsulto tactu emeruisse? Quæ sub lunæ cauo, quæ supra lunam cernimus, absque vllius opificis arte, quantacumque tamen artis operibus longè præstare? Casum anteferendum esse consilio, atque temeritati plus inesse ponderis, ac momenti, quam rationi, ad ornatum, amplitudinem, maiestatem? Quid stultius, aut brutum magis?

- 5 Sed ecce mecum Athee, telluris molem orbis pendulam medio, ac fusè iacentem in campos, depressam in valles, arreptentem in colles, surrectam in montes, atque in rupes cœlo prope modum minitantes asperatam. Vt illa floribus scitè picta? vt gramine comprè strata? vt operosè fastigiata per cliuios? vt eliquata perspicuè per flumina? vt serpit in palmites, crinitur in arbores, maturefcit in fruges; flauescit in mef-

ses? Quis in hac adeo mirabili tot, tantarumque rerum archestra numen aliquod non agnoscat, agnitumque non veneretur? Quid enim? sine Deo, sine numine porrecta camporum affabrè dolari, scitè suffodi vallium deuexa, globosa orbis tornari ex amussim, sublimia collium concinne prominere, edita montium bellè diduci, rupium præcella horride assurgere: crepidinum rupta fastigiari operosè, fontium liquida pererrare leniter, omnia demum graphicè necti, placidè fluere, ac modulatè verti? ô monstrum dictu; ô cecitatem homine indignam.

Pinge obsecro, mentisque, si quâ polles, oculis aspice viridarium quoddam, cui Thessala tempe largiter inuideant, quod vel pomatiis nihil inuideat Alcinoi. Fac aliquandiu cultoris abesse solertiam, artem ferari, ac oriri manum. Illud, post elapsos aliquot subinde dies, denudè instaurato conspectu repere. Quam rerum faciem sædè mutatam repereris? quam omnia alia? quam alia penè nihil? vt squaler quæstus anxîa arte decor? vt operosa sedulitate exculsa concinnitas florum temerè vernantium luxurie siluescit? Hic olim æquabiliter terræ facies porrecta: modo colliculis incuriosè tumentibus sædè confurgit: scilicet cultrix manus abfuerat. Illic florum spectabiles areas è buxo consili erecta sepimenta incluserant: modò cunctarum pristinus ordo confusus, priorque turbata species: nec mirum; arte, ac ratione, quæ colerentur, destituta. Hæc ritè implicari ludebant, haud ita pridem per florum quasi labyrinthos mitissimi implexus: seu in corollas nexilibus se nodis molliter insinuarent, seu leni cliuo genialiter arreperent: seu grata horrent imagine leonis; quâ floribus in iubas scitè rectoris; in nodos scansiles viridesque fractis, ac à fronte speciosè refluus; quâ in corpus circinatim digestis, in pedes incomptius effusus: quæ in oculos intortus suffollis, ac extorsum conuolutis: atqui modo florum nexiles tractus impotens grassandi & cresendi libido omnino confundit, eorumque versicolorem quasi calaturam solerti spectabilem opera ludibundis rumultuatæ erroribus obruit. Nempe casui permissa quæque, non ordine, non formâ constant. Illic modicus amnis leni susutro pellucidas vehēbat aquas, ac per varios anfractus atque mæandros euolutus, vitali aspergine latè viridarium fouebat: modo informes cumuli ex arenâ congesti apertum amni cursum interceptiunt; floresque faciunt, alios languere, inarescere siti alios, illorum virorem interstingui, horum hilaritatem marcescere: aberat nempe hortulani moderatrix ars, atque ingenium.

Ast, Athee, conspicabilis hic orbis, ingens viridarium est: eius concinnitas, ac naciæ formæ elegantia fontium sunt egelidæ scaturigines, lauigati litorum excursus, hilares riparum oræ, fusci speluncarum recessus, fluminum pellucidæ perennitates, impendentium montium virides altitudines, vallium speciosa deuexitas, abstrusa auri, argentique venæ. Pantæ amanitatis cultor Deus est: illa numine gaudet hortulano: solertia & moderatrix ars ei est prouidentia Dei; omnipotentia sedula manus. Tolle ergo numen; ac proscriptisti concinnitatem

tem orbis : submoue Deum , ac decorem omnem vniuersi liturâ planè luctuosâ delecti , scilicet quam stultè Deum sine decore effinxeris , tam impiè decorem sine Deo : vt enim aut Deus non est , aut decorus est , ita aut decorum nihil in orbe est , aut Deus in eo est , à quo decorem accipiat.

7 Quod si etiamnum edifferenti obniteris Athee , nondumque subcœlestium plagarum miracula numen auribus tuis occurrant , at saltem vacuâ impietatis meditatione cœlum complectere : seu cum terribissimo iubare diurni Soles illud illustrent , irradiantque : seu cum syderibus distinctum , ac luna pererratum segnioris lucis temperat nitor. Vtrum , obsecro , in eo magis miremur , quod citissimo cursu voluatur , an quod modulatissimo ? quod pensili suspensura libretur , an quod saphyrina niteat ? quod amplissimum sit , an quod volui , ac rotari facillimum ? quod forma sit eximia , an quod diuturna ? quod visu toties veluti contrectatum haud tamen inquam fordeat , an quod vsu attritum non obsolescat ? vt ad speciem cœlestes orbes lato nitore rident ? vt ad attractum (nam & tangi à nobis diuinitus possunt) perennatura cristallo rigent ? vt iidem rapi seduli ? vt nescij listi ? Atque , ne quid dicam de ceteris syderibus , vt sol aureus enasci ? vt denascenti roseus ? quam non exerrat ab orbitâ ? quam sub ecliptica æquabilis incedit ? vt modica sui ad anstrum declinatione conceptum hyeme frigus sensum exagitat ? vt ad hyperboreas pari flexu plagas volutus æstatis calorem autumnî tempore diluit , & quatuor anni tempestates scire fecernit , ac ritè moderatur ? Quam affulsissima dies luce tergit ? quam parcissima noctes creat , vmbis ambiguo atrore refuso ? Hæc sine numine , supremaque quadam mente fieri , quis nisi mentis inops credat ? Quid enim ? adeo eximiam corporum amplitudinem sine conditore eminare ? adeo ratos motus sine moderatore duci ? adeo immutabiles cursus summo rectore peragi ? adeo concinnam structuram , speciosamque symmetriam sine ratione pangi ? adeo modularè alternas vices sine consilio volui ? adeo conspicuam oculis pulchritudinem ex atomorum fortuita concursatione prodire ? O commentum incredibile : ô stulticiam , supra quam credi potest , enormem. Si domum ritè cultam ad nitorem , bellè instructam ad vitæ vsum aspicias , illicò recordaberis opificis : si picturam cernas oculis gratissimam , continuò tibi veniet artificis in mentem. Atqui longè præstantiora opera , & siue à politurâ excultiora , siue à structurâ exquisitora , mente deuoluimus , sensu atrectamus , admiratione prosequimur : quod ergo cuncta consent ratione summâ , operosâ machinatione , molitione sedulâ , oculatissimâ prouidentia , solertia & arte mirabili , quis addubitet ? aut cui fas sit ambigere , quin non casu coaluerint , sed potius conceptissima idea cuiusdam primi principij sint ritè enucleata , scitè disposita , graphicè concinnata , ac meditativissime in lucem edita ?

Hæc propter crediderim Athee , te Deum non tam ignorare , quam negare ; de eo potius non veraciter , quam non verè sentire : impudentioremque esse mendacio , quam errore.

Rectè de te , qui nihil non rectè , Regius Vates Psalm. 13. *Dixit insipiens in corde suo non est Deus* : dixit vtrique , non mentis forsan assensu , sed cordis affectu : Cæterum , vt Cyprianæum illud de vanis idolorum differendis aduersus te vsurpem : *Hæc est summa delicti , nolle agnoscere quem ignorare non possis.*

At iniques , numen esse sapientiâ summâ , potentia , prouidentia , iustitia , bonitate prædictum : non tamen vnum , sed plura. Cæterum vanissimè hoc posterius ad dies , nec nisi per summam imperitiam , & impietatem.

Quasi vero Polytheismus præstet atheismo , faciliusve possit persuaderi. Alexandrum , cum plures esse inaudiret orbes , fleuisse fama est ; nec defuit , qui non magis commendandum existimaret ob tot exercitus in bello fusos , quam ob lachrymas has in pace profusas. Plures ego cum inaudio esse Deos , rident , an ne lachrymantissim propior ? verè ero Ethnice tibi , Democritus , an Heraclitus ? Magnus ille , cuius meminî nuper , quod è pluribus orbibus ne vnum quidem omnino detriumphasset , in lachrymas fertur effusus. Qui è tot , quæ memoras , numinibus ne vnum quidem satis explicata notitia assequor , nec nisi per speculum , & in ænigmate tueor , lachrymasne , an risum effundam ? Rideo certè delirantem ; errantissimæ simul misertus à lachrymis vix , aut ne vix quidem tempero. Sed enim , quia diuinitatis vnitas lachrymis se defendi vetat , quippe per se manifesta , fortissimisque armata rationibus , nonnullas in medium breuissimè producam , ac per summa veluti capita attingam.

In primis ergo , si plures Dij sunt possibiles , quidni & infiniti ? Concessis possibilebus decem , verbi gratia , cur repugnent viginti , cur centum , cur mille , & sic ultra ? Quod si possunt esse infiniti Dij , impossibile certè est , quin omnes simul actu existant : quippe in entibus necessariis , cuiusmodi esse Deos opus est , si quos esse oportet , perinde est posse esse , ac actu esse alioqui necessitas à contingentia nihil differret. At quis non rideat infinitam Deorum turbam , non tantum possibilem , sed etiam actu existentem ? Nec Cæsar habere priorem , Pompeiuvæ parem patiebantur , vt cecinit ille in bello Pharsalico. Neque terram duos soles , neque Asiam duos reges ferre posse , aiebat Alexander supra memoratus : his spiritibus efferuntur homunculi mortalitatis suæ immemores : hæc animarum impotentia sin minus ferui , feruis saltem natura æquales amant monarchiam , atque in principata consortium indignantur : & Rex Regum , ac Dominus dominantium , qui solus habet immortalitatem , & lucem inhabitat inaccessibleem , quem nullus hominum vidit , sed nec videre potest , diuinitatis tamen suæ , supremaque potestatis non vnum , sed plures , sed infinitos socios admitret ?

Iam vero plures Deos idem velle , idemque nolle impossibile prorsus est ; cum non vnâ , sed multiplici voluntate gaudeant , diuersaque fortiantur arbitria ; nunquam ex consequenti deesse inter eos poterunt rixæ , odia , iurgia , dissidia. Sic ingeniosissimus Poëtarum de Dijs , quos colebat.

Mulciber

*Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo,
Aqua Venus, Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Aeneam, propior Saturnia Turno,
Ille tamen Veneris numine tutus erat.
Sapè ferox cautum petiit Neptunus Vlysssem
Eripuit patrus saepe Minerva suo.*

Sit certè, ut hic Deus pluuiam velit; videret ille serenitatem, vnus optabit mortalibus sanitatem; alius pestem morboſque; huic placebit, ut feruias; illi ut imperes, & populis iura legesque ſancias; alter ab armorum ſtrepitu, bellicque diſcriminibus ad otia te litterarum inuitabit: alter bellatorem cupiet. Nulla ergo pax continuè decertantibus: at quæ felicitas, pace affectuum violata? quæ porro ſine felicitate vera Deitas? Rurſus, qui ſuperatur, votiſque euadit impositus, impotens & imbecillis ſit, neceſſe eſt: non ergo Deus. Qui verò ſuperat, quia tamen potuit ab alio potentiore ſuperari, vanum erit Deitatis nomen, non rerum numen; quippe, cui non magis vinci actu, quam poſſe repugnat.

10 Atque ut dilucidius appareat, quam ſæda ſint, ac vero numine indigna inter Deos iurgia, ſac à Marte, verbi gratia, bellum publicè indictum Ioui: de ſummâ rerum vtrinque decerni, rem iam iam conſiſtum ſpectare. Mox cernere erit, reliquum Deorum vulgus in contraria rapi ſtudia; ſuæ quemque factioni nomen dare, ſuppetias ferre, ac polliceri largiſſimè fidem; cunctos ad arma ruere, & vel ad Iouis aquilas, vel ad Martis vexilla aduolare. Hinc Iupiter tonat, fulgurat, relaque triſulca manu torquet, qualia fertur olim eiacularus, cum regnum cœleſte gigantes affectarent, montesque montibus cælum inuafuri ſuperimponerent. Illinc Mauors frontem galeâ laus enſe cinctus, armifonansque totus, vaſtitates, incendia, cædes minatur: armato ne armis tamen opus: ira ei pro hæſtâ, impetus pro iaculo; pro tubarum, conuulſumque ſonitu clamor. Huic ſeſe adſcribens Neptunus æquora opponit ætheri, fulminibus flumina, ſceptraque tridentem. Adſcribit & ſeſe Hercules, ſi fortè nouo poſſit vulnere noueram fauciare; clauâ terribilis, pelle leonis formidandus, domitiſque, ac detriumphatis totius orbis monſtris ſuperbus. In iſdem partibus eſt & Iupiter Stygius: nec minus immittis, minusve ferus, aut ferreus, quam cum Proſerpinam raperet, Manes auxiliare vocat, Cerberumque tricripitem, atque Eumenidas omnes, palla ſuccinctas ſanguinea, facibus, flammisque armatas, multo angue comantes, multumque virus quaque verſus effundentes; quas circa glomerantur, proh qui comites; luctus, pavor, inſania, noxque ipla, & tenebræ. Nec Marti ſuo deſt inter pericula Venus, quamuis amorum quam armorum peritior: illa Iouis aquilis columnas ſuas opponit, imbellesque cygnos: quippe vultu, blanditiisſque prius dimicatura quam ferro, ac vincere quam pugnare promptior. Aſt ex aduerſo Ioui militat Phæbus, arcu ferox, & quibus quondam ſtrauerat *tumidum Pythona ſagittis*. Cum *Æolo coniuſcati veniunt ad claffica venti*. Venit & Bacchus victor agens currum, quo de auroræ populis quondam triumphauerat: circumſtant Linceſ, Elephanti, Tigrides, Pantheræ, & quarum vel nomina timeas, ferarum agmina. Adeſt quoque Ioui centoculi interfectoſ Argi Mercurius, galeato conſpicuus, & caduceo: *dolus an virtus quis*

in hoſte requirat? inquit ille. Neſtere fraudes huic pro naturâ eſt, inſidias ſtrucere pro more, ad omnem pugnandi non ferociam; ſed actum ritè parari pro indole. Eo non præſtantior alter bellicas legationes obire: Deorum ſcilicet nuntius eſt: non inducias paciſci: quippe fæderum, induciarumque Deus eſt: non denique, dicendo hoſtes ſelecte, ad ſuasque partes trahere; nimirum eloquentiæ præeſt, atque moderatur. Ioui etiam arma operoſè procudit Vulcanus: veterum ſcilicet iniuriarum memor, Martemque, ſi poſſet, iterum in vincla daturus. Ignipotentem Deo operam nauant, & cum eo ſtrenuè ferrum exercent

*vaſto Cyclopes in antro
Brontesque, ſteropesque, & nudus membra
Pyræmon.*

Quæ è cerebro Iouis prodiit armata, Pallas inquam, cui niſi Ioui militaret? An Martis caſtra meretriciæ Deæ temerata ſpurciſſis virgo ſequeretur? Galeam ergo, pro genitore pugnatura, & Gorgone honorificam Egida, rabienque parat: curarum etiam, & equos multo gigantum ſanguine, multaque cæde madentes in arenam producit: neſcias, an ſapientior quam fortior, bellicque an pacis artes in ea magis emineant? Ioui denique, ut alia numina prætermittam, auxiliariſ accedit Saturnia Iuno: pro fratre ſcilicet, ac marito certatura: diuitias, quarum Dea eſt, ad tanti belli apparatus liberalis profundit: ad cuius patuones volucrium timidiſſimos non pauent hoſtes; at pauent ad munera, & largitiones. Belliſſimi certè Dij, ſi ſic credantur bellare. Quid, obſecro, magis abſurdum Diis: quos ars armauit, natura effudit inermes: quos ſexus facit impares, atas inæquales: quos fraternis diſſidere odiis non pudet: quos parentum erga filios, filiorum erga parentes pietas in officio non continet: quos vinci licet: quibus fundi cruorem fas eſt: quorum edi ſtragem non impoſſibile: quos timor opprimat, ſpes erigit, cupiditas frangit, ac ceteri id genus motus perturbant, & hac, illac agitant. Annon attollere criſtas, horreſcere galeâ, parmæ rigefcere obiectu, apertè conſtigere, hominibus magis quam Diis pulchrum eſt? O ſtultam gentilitatem, quæ tales Deos credit, quæ tales adorat.

11 Sed enim, quia ad priſcas de Diis opiniones, ac fabulas ridere quam redire ſatius eſt, cunctas de cætero miſſas facio: & quæro, ſi plures ſunt Dij, an eorum quiuſ, aut nullus ſummè excellat? talisque ſit, quo nil poſſit excogitari maius, aut melius. Si quemuis Deorum, quos Ethnice adſtruis, ſummè excellere dicas, rem dicēs, ipſâ, ut ſic loquar, falſitate falſiorem. Quemadmodum enim excellentiæ argumentum eſt, pares ſibi noſſe pauciſſimos, ita & ſupremæ neminem: perfectiſſimum certè, quibus præditus es, nolle quemquam in communionem adſciſci, ſi poſſit, inuidia eſt: atqui neminem poſſe adſciſci, etiamſi maximè velit, diuinitas planè eſt: diuinitas inquam, res diuidi, ac ſcindi neſcia; quæ vtrique omnibus numeris abſoluta non eſt, ſi in numeros abeat, quæque ob id explicari conſuevit per vnitatem, quia huius ad inſtar, quin numerus ſit, numerorum tamen omnium, rerumque numerabilium amat eſſe principium finiſque. Sin autem nullus inter tot Deos ens ſummè excellens eſt, inter tot certè nullum reperias verum Deum.

Deum, nullum non fictum, atque inanem. Quid enim fictitius, aut fabulosius eius deitate, cui reuerà non conuenit esse summum, Optimum, Maximum. Ea certè est vero numini pro stemmate prerogatiua, pro nobilitate decus, summà enitere perfectione, ornamenta omnia, decoramenta quæque, quorum mens admiratione rapitur, adsciscere sibi concinnando, adscitaque penitus, absumere. Atqui ex pluribus numinibus deficiant vnumquodque necesse est, quæ alteri inferuiunt ornamenta; plurimumque complexio tam longè singulis præstet, quam singula mortalium vilissimo, atque abiectissimo: nullum ergo summa finemque nesciente perfectione erit, sicut ad verum numen oportet:

hæc ergo duo non sustinent quippiam medijs; numen vnum, ac numen nullum; nihilque intererit, an numen de medio tollas, an plura in medium des: vtravis assertione nullum permiseris: in quam rem scitè Tertullianus libro primo contra Marcionem, ibi: *Deus si non vnus est, non est, quia dignius credimus non esse, quodcumque non fuerit, ut esse debebit.* Quo luculento testimonio finem facio disputandi: vtinam tibi Athee insaniendi; vtinam Polythee desipienda tibi. Atque hæc vniuersa Philosophia: ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, Deiparæ Virginis, Ignatii Parentis, ac cœlitum omnium.



INDEX